

Fabri, Felix: Evagatorium in Terrae Sanctae, ..., ed. v. C.D. Hassler, Bd. 2, 1843, enthaltend fol. 183A–291B von Bd. 1 des Autographs (19 555-1) und fol. 2a–74a von Bd. 2 des Autographs (19 555-2)	zu Bild Nr. 0340
	0338
	0344
	0334
327	0349
ponentes, pulsant campanas, ut nos, cum tamen alii orientales lignis templum convocent. In locutione communi lingua sarracenica loquuntur, in divinis autem chaldaica. Aliquando reversi sunt ad ecclesiae unitatem, sed iam dudum recidinaverunt.	0329
X. Turcomanni.	0389
Sunt in civitate sancta dicti Turcomanni, vagi et feroce, qui Asiam minorem et partem magnam majoris ceperunt, et sunt Turci.	0289
XI. Beduini.	0439
Sunt ibi Beduini, ex Arabum gente, de quibus filius perditionis exivit, Machometus: hi tenent, quod dies et genus mortis a Deo sint constituti, nec praeveniri nec praeteriri possint: ideo periculosissimis rebus sine metu se ingerunt et sine armis protectionis ad bella vadunt. Odiosi sunt tam Saracenis quam Christianis. Solem aliqui adorant.	0239
XII. Assasini.	0839
Sunt ibi Assasini, Mahometistae, obedientissimi suo capitaneo, aestimant enim, quod sola obedientia felicitatem promoveant. Capitaneus eorum instrui juvenes facit variis linguis et eos mittit in regna ad serviendum regibus, ut opportuno tempore regem serviens toxico vel alias perimat. Si occiso rege in terram suam evaserit, honoribus, divitiis et dignitatibus praemiatur, si autem deprehenditur et occiditur, pro martyre eum in sua terra colunt.	Ende
XIII. Mahometistae.	Anfang
In Jerusalem sunt Mahometistae quidam, minus legem Sarracenorum curantes, qui dicunt, se habere quandam occultam legem, quam nemo revelat, quam pater filio in mortis articulo; quod si filius matri revelat, si constat, mulier sine mora occiditur.	
XIV. Mamalucci.	
Sunt in Jerusalem Mamalucci, abnegati Christiani, quorum est magna multitudo, odiosi Saracenis et Christianis,	